

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Illustrissimo principi ac domino, D.N.N.Marchioni Brandenburgési, duci  
Stettinensi & Pomeraniae, &c.& Burgrauio Norimbergési,&c. domino sup  
clementissimo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

reducunt. Hoc sodalitū te uereri decet: quod quidem mirificam uoluptatem capit ex assiduitate di-  
scēntiū, & pijs studijs & sermonibus: & Deo pre-  
dicat uestra studia, eiq; uos commendat. Quare ca-  
uebis, ne uel inertia tua, uel mali mores offendant,  
& abigant hos uigilantissimos custodes.

Illustrissimo Principi ac Domino, D.N.  
N. Marchioni Brandenburgēsi, Duci Stet-  
tinensi & Pomeraniæ, &c. & Burgrauio  
Norimbergēsi, &c. domino suo cle-  
mentissimo,

S. D. Illustrissime & clementissime Princeps.  
Non dubiū est, legitima imperia & salutares Prin-  
cipes Dei opera & beneficia esse. Id grati cogitare  
debemus, ut confirmetur in animis reverentia pul-  
cherrimi ordinis. Adolescentes etiam Principes eo  
maiore se doctrina & uirtutum exercitijs instrue-  
re debent, ut ad munus in genere humano summū  
accedant non rudes et imparati. Scriptum est e-  
nīm: Erudimini, qui iudicatis terrā. Gaudeo igi-  
tur C.T. optima doctrina de Deo, & de omnibus  
uirtutibus excoli. Et quidem cogitatione doctrine,  
Deus sese animis piorum communicat. Oro autem  
Deum, ut studia C.T. adiuuet: et efficiat, ut olim pa-  
triam feliciter gubernes, & tua uirtus prospicit uni-  
uersæ Germaniæ, sicut multi Principes Marchio-  
nes

nes ornamento Germaniae fuerunt. Quod C.T.  
mihi clemēter & scripsit, & a prum misit, ego gra-  
tias & pro bencuolentia & munere. Et uicissim la-  
bores meos Ecclesiæ & Reipublicæ offero. Bene  
& feliciter ualeat C.T. Die quarto Ianuarij, anno  
1558: qui annus ut sit faustus & felix Celsitudini ue-  
stre, & Ecclesiæ, & Germanie, faciat filius Dei.  
Dominus noster Iesu Christus: Amen.

Reuerendo uiro, D. Georgio Bu-  
choltzero, fratri suo charis-  
simo,

S. D. Reuerende uir, & charissime frater. Scis  
magnum & singulare Dei beneficium, sobolem, ca-  
pacem doctrinae, & habentem inclinationes ad uir-  
tutem firmas. Talis cum sit Ioachimus Blanckefeld,  
& patri & adolescenti ipsi talim naturam gratu-  
lor. Et Reipub. causa gaudeo, esse aliqua talia in-  
genia: ac Deum oro, ut hunc ioachimum & alios  
honestos adolescentes seruet & gubernet, et faciat  
ut multi sint iusta misericordia, & organa saluta-  
ria. Audiui enim cum de aliquibus dialecticis que-  
stionibus diffutantem, de quibus non solum recte  
respondit, sed etiam ornat responsones moderatio  
pronunciationis. Ac patrem recte facturum esse iu-  
dico, si eum diutius in studio literarum reinebit, et  
iubebit initia iuris ciuilis discere, etiam si post bie-  
nius